

\* latitudi-  
nem

quam terræ umbram. Figuram autē umbræ similem  
metæ ac turbini inuerso, quādo mucrone tantum in-  
gruat, neq; lunæ excedat altitudinē, quoniam nullū  
aliud sidus eodem modo obscuretur, & talis figura  
semper in mucronem deficiat. Spatio quidem cōsumi  
umbras, indicio sunt uolucrum præalti uolatus. Ergo  
confinium illis est aeris terminus, initiumq; ætheris.  
Supra lunā pura oīa, ac diuturnæ lucis plena. A no-  
bis autem per noctem cernuntur sidera, ut reliqua lu-  
mina è tenebris. Et propter has causas nocturno tem-  
pore deficit luna. Stati autem atq; menstrui non sunt  
utriq; defectus, ppter obliquitatem signiferi, lunæq;  
multiangos (ut dictum est) flexus, non semper in scri-  
pulis partium congruente siderum motu.

De siderum magnitudine. CAP. XI.

\* diurnæ

**H**æc ratio mortales animos subducit in calū:  
Ac uelut idē cōtēplantibus, triū maximarū re-  
rū naturæ partium magnitudinē detegit. Non  
posset quippe totus sol adimi terris itercedere luna, si  
terra maior esset q̄ luna. Certior ex utraq; vastitas  
solis aperitur, ut nō sit necesse amplitudinē eius oculo  
rū arguētis atq; cōiectura animi scrutari: imēsū  
esse, qui arborū in limitibus porrectarū in quotlibet  
passuū milia umbras paribus iaciat iteruallis, tanq̄  
toto spatio medius. Et quia p̄ æquinoctiū oībus in me-  
ridiana plaga habitantibus, simul fiat à uertice: item  
quia circa solstitialē circulū habitantiū meridie ad  
septentrionē umbræ cadāt, ortu uero ad occasū. Quæ  
fieri nullo modo possent, nisi multo q̄ terra maior es-  
set. Et q̄ montem Idam exoriēs latitudine exuperet,  
dextra lauaq; large amplectēs, p̄sertim tanto discre-  
tus interuallo. Defectus lunæ magnitudinē eius haud  
dubia ratione declarat, sicut terræ paruitatē ipse de-  
ficiēs. Namq; cū sint tres umbrarū figura: cōstetq; si  
par lumini sit materia q̄ iactat umbrā, columnæ effigie  
iaci, nec habere finem: si uero maior materia q̄ lu-  
men, turbinis rekti, ut sit imū eius angustissimum, &  
simili modo infinita longitudo: si minor materia q̄  
lux, metæ existere effigie in cacuminis finē desinentē,  
talemq; cerni umbrā deficiente luna, palā fit, ut nul-  
la amplius relinquatur dubitatio, superari magnitu-  
dine terrā: Id quidē & tacitis ipsius naturæ iudicijs.  
Cur n. partitis uicibus anni brumalis abscedit? ut no-  
ctiū opacitate terras reficiat, exusturus haud dubie  
et sic quoq; exurēs quādā parte: tāta magnitudo ē.

Quæ quis inuenerit in obseruatione cæ-  
lesti. CAP. XII.

**E**trōnem quidem defectus utriusq; primus Ro-  
mani generis in vulgus extulit Sulpitius Gal-  
lus, qui cōsul cū M. Marcello fuit: sed tū tribu-  
nus militum sollicitudine exercitu liberato, pridie q̄  
Perses rex supatus à Paulo est, in cōcionē ab Impera-  
tore productus ad p̄dicendā eclipsim: mox et cōposito  
uolumine. Apud Græcos autem inuestigauit primus  
oīum Thalēs Milesius, olympiadis xlviij. anno quar-  
to, prædicto solis defectu, qui sub Astiage rege factus

est, urbis cōditæ anno clxx. Post eos utriusq; sideris ē  
sexcētos annos præcinuit Hipparchus, menses gentiū  
diesq; et horas ac situs locorum, & uicos populorum  
cōplexus, æuo teste, haud alio modo q̄ cōsiliorum na-  
turæ particeps. Viri ingentes, supraq; mortalium na-  
turā tātorum nūminū lege depræhensa, et misera ho-  
minū mente absoluta, in defectibus stellarum scelerā  
aut mortē aliquā siderum pauēte: quo in metu fuisse  
Stesichori et Pindari uatum sublimia ora palam est  
deliquio solis et in luna ueneficia arguente mortali-  
te, & ob id crepitu dissono auxiliante. Quo pauore  
ignarus causa Nicias Atheniēsum Imperator, uerit-  
us classē portu educere, opes eorum afflixit. Maeti  
ingenio este cæli iterpretes, rerumq; naturæ capaces,  
argumenti repertores, quo deos hoīesq; uicistis. Quis  
enim hæc cernens et statos siderū (quoniā ita placuit  
appellare) labores, non suæ necessitati mortalis geni-  
tus ignoscat? Nūc confessa de iisdē breuiter atq; capi-  
tulatim attingam, ratione admodum necessarijs locis ar-  
gumentatio est: neque oīum rerum afferri posse cau-  
sas minus mirum est, quā constare in aliquibus.

De defectibus. CAP. XIII.

**D**efectus ducētis uigintiduobus mēsis redire  
in suos orbes certū est, solisq; defectum nō nisi  
nouissima primæue fieri luna, quod uocāt coi-  
tum. Lunæ aut non nisi plena, semperq; citra q̄ p̄xi-  
me fuerit. Oībus autē annis fieri utriusq; sideris defe-  
ctus statis diebus, horisq; sub terra. Nec tamen cum  
fiant superne, ubiq; cerni, aliquando propter nebula,  
sepius globo terræ obstante cōuexitatibus mundi. In-  
tra ducētos annos Hipparchi sagacitate compertum  
est, & lunæ defectum aliquādo quinto mense à priore  
fieri, solis uero septimo. Eandem bis ī triginta diebus  
supra terras occultari, sed ab alijs atq; alijs hoc cer-  
ni: quæq; sunt in hoc miraculo maxime mira, cum cō-  
ueniat umbra terræ lunam hebetari, nunc ab occasus  
parte hoc ei accidere, nunc ab exortus. Et quānam  
ratione cum solis exortu umbra illa hebetatrix sub  
terra esse debeat, semel iam acciderit, ut in occasu lu-  
na deficeret, utroque super terram conspicuo sidere.  
Nam ut in \* duodecim diebus utrunq; sidus quære-  
retur, & nostro æuo accidit, Imperatoribus Vespas-  
ianis, patre III. filio iterum consulibus.

De lunæ motu. CAP. XIII.

**L**unam semp̄, auersis à sole cornibus, si crescat.  
ortus spectare: si minuatur, occasus, haud du-  
biū est. Lucere dodrāteis semūcias horarum ab  
secūda adycentē usq; ad plenum orbē, detrahentēq;  
ī diminutionē. Intra quatuordecim autē partes solis,  
semp̄ occultā esse. Quo argumēto amplior errantium  
stellarum q̄ lunæ magnitudo colligitur, quando illæ et  
à septenis interdum partibus emergant. Sed altitudo  
cogit minores uideri, sicut affixas cælo solis fulgore  
interdiu non cerni, cum æque ac noctū lucent: idque  
manifestum fiat defectibus solis, & præaltis puteis.  
Errant

\* quindecim